

Aduertencias para

Dominus noster Clemens. 8. hanc auctori-
tatem ipsis restrinxit, vt ita ligati minime
alijs essent in scandalu & ruinam. Hec ille.
Que verba notentur.

¶ Fratrum Minorum statuta Generalia
Barchinonensia, Toleti reformata año Dñi.
1585. Cap. 6. de Correct. delinquen. §. de Ca-
sibus reseruatis, & casus reseruatos, & penas
quas incurrunt ab illis absoluentes, his ver-
bis referunt. Cum casuum reseruatio pæna
sit delinquentium, ordinamus, quod nullus
Frater Prouinciali Ministro inferior nisi
exspeciali Generalis vel Prouincialis Mini-
stri licentia, possit aliquem Fratrem absolue-
re. ¶ A peccato Inobedientiæ contumacis.
¶ Proprietariæ rerum detentionis. ¶ Lap-
sus carnis. ¶ Furti notabilis, seu frequen-
tur iterati. ¶ Iniectionis manus violentæ.
¶ Falsi testimonij in iudicio facti. ¶ Com-
positionis vel projectionis, aut publicatio-
nis libelli famosi. ¶ Falsificationis sigilli
cuiuscunq; personæ notabilis. ¶ Et falsi cri-
minis in infamiam cuiuscunq;. ¶ Dicimus
autem Inobedientiam contumacem, quando
quiltrina monitione premissa, factis con-
gruis interuallis, per diem naturalem in-
obediens